



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia Catholica, Hoc Est Christianae Fidei, Qvam Ad
Salvtem Animarvm Aviti Avgvstae Domvs Saxonicae
Principes, Reges, & Imperatores coluerunt, Gloriosa
Confessio**

Cutsemius, Petrus

Coloniae Agrippinae, 1621

De Friderico Gravi, Et Filiis Eivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11884

dem Christianam conuersos felicia gessit
pro Catholica Ecclesia & Imperio bella. *Mo- *An. 1237.
nasterium condidit Cellæ nouæ in Lusatia.

Obijt Dresdæ 25. Febr. *Ann. 1287. Sepultus *al. 1288.
in cænobio Veterocellenfi. Trigamus plures d. 25. Febr.
post se reliquit filios, sed vnum ex Constan-
tia Austriaca, Leopoldi filia, coniuge prima,
insignem pietate, Sapientia, & iustitia Prin-
cipem, Theodoricum V. vulgo Sapientem
dictum. Cōdidit ipse cænobium VVeissen-
feldense. Obijt ante patrem *Anno 1283. *al. 1282.

EIVSDEM item Conradi Magni, ex Albin. in
filio Dedone V. & nepote Conrado pro Chron.
neptis fuit Agnes, quæ Bertholdo IV. Duci Misn. f.
Morauix nupta peperit S. Hedvigem; I- 590.
temq; Gertrudem, matrem S. Elisabethæ.

DE FRIDERICO GRAVI, ET FILIIS EIVS.

PORRO ad hunc Principum illustrio-
rum è familia VVitikindea catalogum
referendus est quoq; Fridericus, cognomen-
to *Gravis*, Landgravius Thuringiæ, Marchio
Misniæ, &c. filius Friderici fortis, nepos Al-
berti, pronepos prædicti Henrici, Princeps
acri ingenio, & fortis in armis: Qui cū Prin-
cipes Electores ad instantias summi Pontifi-
cis, Clementis VI. vrgerentur ad faciendam
noui Regis electionem in locum excommu-
nicati Ludouici IV. & iam Carolus IV. à

M 5

non-

nonnullis electus esset, dissentientibus alijs, designatus est Rex Romanorum, in principio, ut ait Argentinensis, mensis Iunij in Kans Bauaria, An. scil. 1347. Sed, ad vitandas, quibus imperium cōcutiebatur turbas, Fridericus, acceptâ certâ pecuniæ summâ Carolo lubens cecidit. Obijt biennio post, sepultus in cēnobio Veterocellesi. Vxorē habuit Mechtildē filiā Regis Ludouici Bauari, facundam valdē, genitricem scilicet denorum liberorum. Ex quo connubio Principes Saxoniae ex stirpe V Vitikindea quotquot hodie Dei gratiā supersunt, omnes fœliciter oriuntur; ita ut ex antiqua illa sanguinis commixtione mutuis adhuc in praeordijs Amitinorum, vtriusque Domus Principum, tanquam * fratris, & sororis filiorum amor exudet, ac firma hereat, quantum Religio patitur, amicitia. Obijt illa anno praecedente 1346. d. 2. Iulij, eodē, quo maritus, sepulchro tumultata.

* Stephani
cogno-
mento Fi-
bulati.

DE FRIDERICO STRENUO.

IGITUR ex hoc fœlici coniugio nati, Sigismundus, Administrator Episcopatus Mersburgensis, & Ludouicus, Antistes Magdeburgensis, & Halberstadensis. Catholicā fidem, & religionem ex professo plantare & propagare intenderunt. Fridericus verò cognomento *Strenuus*, qui stemma propagauit, multiplici virtute suā fuit in maxima apud omnes